

ἀχωρήτου φύσεως χωρίον εὐρύχωρον. Ἄλλὰ τούτων οὕτως ἐχόντων, ἐπέστη δι' αὐτῆς τοῖς ἀσθενοῦσιν ὁ ἰατρός· τοῖς ἐν σκότει καθημένοις, ὁ ἥλιος τῆς δικαιοσύνης· πᾶσιν δὲ τοῖς χειμαζομένοις, ἡ ἄγκυρα καὶ ὁ ἀχείμαστος λιμῆν.

SERMO DE SIMEONE ET ANNA <sup>1</sup>

- PG 18, 352 II. [...] « Πάντα ἐνώπια τοῖς συνιοῦσι, καὶ ὀρθὰ τοῖς εὐρίσκουσι γινῶσιν ». 1986  
 Ἰδοῦ γὰρ αὐτόθι ὡς θρόνος ὑψηλὸς καὶ ἐπηρμένος τῇ δόξῃ τοῦ κτίσαντος ἡ Παρθενομήτωρ εὐτρεπίζεται φανερώτατα τῷ βασιλεῖ Κυρίῳ Σαδαώθι. Ἐπὶ τοῦτον κατανόησον τὸν νῦν πρὸς σέ διὰ σαρκὸς ἐπιδημήσαντα Κύριον. Ἐπὶ τοῦτον τὸν παρθενικὸν φημι θρόνον προσκύνησον τὸν πρὸς σέ τὴν νέαν ταύτην καὶ πανύμνητον πορείαν στείλαμενον.
- PG 18, 353 III. [...] « Πᾶν ἄρσεν, διανοῖγον μήτραν, ἅγιον τῷ Κυρίῳ κληθήσεται ». 1987  
 Ὡ τοῦ θαύματος! Ὡ βάθος πλοῦτου καὶ σοφίας καὶ γνώσεως Θεοῦ! Ἐπρεπε γὰρ τῷ Κυρίῳ νόμου καὶ προφητῶν κατὰ νόμον ἅπαντα τὸν ἴδιον διαπράξασθαι, καὶ μὴ ἀθετητὴν εἶναι νόμου, ἀλλὰ πληρωτὴν· συνάψαι τε ἐντεῦθεν τῇ τοῦ νόμου περαιώσει τὴν τῆς χάριτος αὐτοῦ ἀρχήν. Διὰ τοῦτο ἡ ὑπερτέρα νόμου Μήτηρ τῷ νόμῳ ὑποκύπτει, καὶ ἡ εὐαγῆς τὸν κατὰ τῶν ἀναγῶν

cilium. Ave, naturae illius incomprehensibilis capacissimum receptaculum. Cumque haec ita se habeant, adest per eam aegrotantibus medicus; in tenebris sedentibus, sol iustitiae; eunctis vero tempestate iactatis, anchora portusque tutissimus.

- PG 18, 351 II. [...] *Omnia sunt obvia intelligentibus, et recta invenientibus scientiam.*<sup>2</sup> Ecce enim, ceu thronus sublimis et elevatus, ob eius gloriam qui est fabricatus, Virgo Mater regi Domino Sabaoth, spectatissima illic statuitur. Super illo nunc ad te venientem in carne Dominum perspice. Super illo, virginali inquam throno, eum venerare qui novam hanc omnibusque laudibus prosequendam ad te profectioem adornavit. 1986
- PG 18, 354 III. [...] *Omne masculinum, adaperiens vulvam sanctum Domino vocabitur.*<sup>3</sup> O res miranda! O altitudo divitiarum et sapientiae et scientiae Dei.<sup>4</sup> Decebat videlicet Dominum legis et prophetarum, ut iuxta propriam ipse legem omnia conficeret, neque faceret irritam, sed potius impleret: ac dehinc legis termino, gratiae suae principium adiungeret. Quamobrem, legi superior Mater se legi submittit: san- 1987

<sup>1</sup> Sermo hic, secundum doctos Viros, non est *S. Methodii* (sicut invenitur in PG 18, 348-381), sed *Anonymi* saec. v vel vi (cf. RPhTh, 540).

<sup>2</sup> Prov. VIII, 9.

<sup>3</sup> Exod. XXXIV, 19.

<sup>4</sup> Rom. XI, 33.

φυλάττει ὄρισμὸν τὸν τετταράκοντα ἡμερῶν, καὶ γίνεται νόμου ὑπήκοος ὁ τοῦ νόμου ἐλευθεριωτῆς, καὶ προσφορὰ προσάγεται ὑπὲρ τοῦ ἡμᾶς ἀγιάσαντος, ζευῆτος ὀρνέων ἀκεραίων, εἰς μαρτύριον τῶν ἀμωμῆτως προσιόντων. Ὅτι δὲ ἀμόλυντος ὁ τόκος καὶ καθαρσίαν ἀνεύθυνος, μαρτυρεῖ μου τῷ λόγῳ Ἑσαίας, διαβρόχην τῇ ὑφ' ἡλίῳ κηρύττων· « Πρὶν ἢ τὴν ὠδίνουσαν τεκεῖν, πρὶν ἢ ἐλθεῖν τὸν πόνον τῶν ὠδίνων, ἐξέφυγε, καὶ ἔτεκεν ἄββεν. Τίς ἤκουσε τοιοῦτον, ἢ τίς ἐώρακεν οὕτως; » Ἐκπέφευγε τοίνυν ἡ παναγία Παρθενομήτωρ τὰ γυναικεῖα, καὶ πρὶν ἢ τεκεῖν, εἴτ' οὖν ἄνευ συνουσίας συλλαβεῖν, Πνεύματος ἀγίου προνομφεύσαντος καὶ ἀγιάσαντος. Τέτοκε τὸν πρωτότοκον, καὶ μονογενῆ τοῦ Πατρὸς Υἱόν, τὸν ἄνω μονογενῶς ἄτερ μητρὸς ἐκ τῆς πατρικῆς οὐσίας ἐκλάμψαντα, καὶ τὴν παρθενίαν τῆς φυσικῆς ἐνάδος ἀμέριστον καὶ ἀδιάστατον φυλάζαντα· καὶ κάτω ἐκ παρθενικῆς παστάδος \* νυμφικῶς \*356 ἐνώσαντα ἑαυτῷ τὸν Ἀδὰμ ἀτρέπτως, καὶ ἀδιάσπαστον καὶ ἀκήρατον τὴν μητρικὴν ἀγγελίαν διατηρήσαντα· τὸν ἄνω ἀββέυστως γεννηθέντα, καὶ κάτω ἀφράστως τεχθέντα. Ἄλλ' ἐπὶ τὸ προκείμενον ἐπανάζωμεν τὸν λόγον.

1988

IV. Προφήτης τοιγαροῦν ἐκ Ναζαρέθ ἀνήγαγε τὴν Παρθένον ἀποκουῆσαι

PG  
18, 356

etaque illa mundaque, tempus quadraginta dierum in pollutas constitutum, observat: ac qui absolvit a lege, legi subiectus efficitur: offerturque pro eo qui nos sanctificavit, par avium mundarum,<sup>1</sup> in eorum testimonium qui mundi inculpatique accedebant. Quod vero impollutus fuerit ille partus, nec piacularibus hostiis obnoxius, testis est Isaias, diserte universae sub sole terrae denuntians: *Antequam, inquit, aut parturiens pariat, aut antequam veniat labor pariendi, effugit, et peperit masculum. Quis tale quid audivit? aut quis simile vidit?*<sup>2</sup> Effugit ergo quae sunt muliebria sanctissima Virgo Mater, antequam etiam pareret: ut nimirum, Spiritu sancto eam sibi iam ante desponsante et sanctificante, absque virili congressione conciperet. Peperit illa primogenitum, et Patris unigenitum Filium: eum, inquam, qui in superis, unigene, absque matre, ex paterna substantia eluxit; \* virginitatemque naturalis unitatis indivisam \*355 inseparabilemque conservavit: quique in terris, nuptiali Virginis thalamo, Adae sibi naturam immobili unione ceu sponsus coniunxit; ac Matris puritatem indivulsam incorruptamque servavit: enim denique, qui in supernis nulla corruptione genitus, ineffabili in hisce inferioribus ratione natus est. Caeterum orationem ad propositum reducamus.

1988

IV. Itaque eduxit propheta Virginem ex Nazareth, ut in Bethle-

PG  
18, 355<sup>1</sup> Lc. II, 24.<sup>2</sup> Isa. LXVI, 7-8.

ἐν Βηθλεὲμ τὸ σωτήριον κήρυμα· καὶ προφήτης ἐξήγαγεν ἐμφανίσει τῷ κόσμῳ τῆς ζωῆς τὴν ἐλπίδα. "Ὅθεν ἐπάρασα ἐκ σταθμῶν Βηθλεὲμ ἢ κιβωτὸς τοῦ Θεοῦ (αὐτῷ γὰρ ἀπετίνυε τῷ νόμῳ τῆς τεσσαρακοντάδος τὴν οὐ κατὰ χρέος, ἀλλὰ κατὰ χάριν ὀφειλὴν), ἐπὶ τὰ ὄρη κατέπαυσε τῆς Σιών, καὶ ἀναλαβοῦσα τοῖς ἀχράντοις κόλποις, ὡς ἐπὶ θρόνου ὑψηλοῦ, καὶ τὴν ἀνθρωπεῖαν ὑπερβαίνοντα φύσιν, τὸν βασιλέα τῶν ἀπάντων, τῷ Θεῷ καὶ Πατρὶ, τὸν σύνθρονον αὐτοῦ καὶ ἀνεκφοίτητον Υἱόν, ἐνεφάνισεν ἐκεῖ μετὰ τῆς ἐξ αὐτῆς προσλήψεως ἀχράντου. "Ανεῖσιν ἐπὶ τὸ ἱερὸν ἢ ἱερὰ Μήτηρ ἐμφανίσει τῷ νόμῳ ξένον θαῦμα, καὶ τὸν ζητούμενον τόκον, τὸν διανοίξαντα μήτραν παρθενίας, καὶ κλειθρα παρθενίας μὴ διαβῆξαντα· τὸν ἀνώτερον νόμου, καὶ πληρωτὴν νόμου· τὸν προγενέστερον, καὶ μεταγενέστερον τὸν ἐξ αὐτῆς σαρκωθέντα ὑπὲρ νόμον φύσεως. Διότι πᾶσα μήτρα, ἐκ συναφείας πρῶτον διανοιγομένη καὶ ἐνσπειρομένη, ἀρχὴν τοῦ τίκτειν λαμβάνει, καὶ τελεσφόροις ὠδίσι τὸν λογικὸν καὶ κατάλληλον τῆς φύσεως καρπὸν, τῇ τοῦ δημιουργοῦντος σοφίᾳ εἰς τοῦμφανὲς προφέρει, κατὰ τὸ « Αὐξάνεσθε καὶ πληθύνεσθε, καὶ πληρώσατε τὴν γῆν », τοῦ Θεοῦ λέγοντος. Ἡ δὲ ταύτης γαστήρ, οὔτε μὲν προδιανογιῶσα οὔτε ἐνσπειρομένη, ὑπερφυᾶ τε καὶ συμφυᾶ καρπὸν ἐδλάστησε, καθ' ἔνωσιν ἀδιάσπαστον ἀλωδῆτως εἰς ἐπίτασιν θαύματος, ἐν ταυτοτήτι διαμεί-

---

hem fetum illum salutarem eniteretur; eamdemque iterum propheta reduxit, ut spem illam vitae mundo manifestaret. Solvens igitur Dei arca ex Bethlehemitico diversorio (illic enim solvit legi quadraginta dierum, non iustitiae, sed gratiae debitum), requievit in montibus Sion: accipiensque castissimo sinu, tamquam sublimes quodam et humanam omnem naturam superante throno, Regem illum omnium; illum, inquam, eodem, Deo et Patri, throno sublimem Filium, nec ipso excedentem: una illic cum assumpta ex ipsa intemerata carne, eidem praesentavit. Ascendit in templum sacra Mater, novum legi exhibitura miraculum, prolemque diu quaesitam, quae nimirum virginalem vulvam aperuit, nec tamen virginitatis claustra dirupit: prolem lege superiorem, quae tamen legem impleverit: prolem ortu priorem, posterioremque: prolem denique ex ipsa incarnatam supra legem naturae. Nam alioqui omnis vulva, ex viri prius coniunctione aperta et semine conspersa, principium pariendi accipit: doloribusque finem partui imponentibus, ratione tandem praeditum consentaneumque naturae fructum, Dei Creatoris sapientia, in lucem edit, iuxta illud divinum scitum: *Crescite et multiplicamini, et replete terram*; <sup>1</sup> huius autem uterus, neque prius apertus, neque semine conspersus, fructum illum supra naturam, naturae tamen cognatum, germinavit, idque citra ullum indivulsae unitatis detrimentum, ad intensius impensiusque miraculum; salva

<sup>1</sup> Gen. I, 22.

νασα τῆς παρθενίας. Ἄνεισι τοιγαροῦν εἰς τὸ ἱερόν, ἢ τοῦ ἱεροῦ ὑψηλοτέρα, δισσὸν κλέος περικειμένη, παρθενίας φημι ἀχράντου, καὶ παιδοποιίας ἀφράστου, εὐλογίαν νόμου, καὶ ἀγιασμὸν χάριτος. \* [...] «Ὅτε δὲ ἦλθε τὸ πλήρωμα τοῦ χρόνου, ἐξαπέστειλεν ὁ Θεὸς τὸν Υἱὸν αὐτοῦ, γενόμενον ἐκ γυναικός, γενόμενον ὑπὸ νόμον, ἵνα τοὺς ὑπὸ νόμον ἐξαγοράσῃ, ἵνα τὴν υἰοθεσίαν ἀπολάβωμεν». Τὸ δὲ ἐπαγόμενον· «Ἐν τῷ (f. τῷ) παρεῖναι τὸν καιρὸν, ἀναδειχθήσῃ», ποίας ἂν καὶ δεοίτο ἀντιφράσεως τῷ εὐσκοπον πρὸς τὸ ἔορταζόμενον ἀπευθύνοντι τὸ ὄμμα; Ἄναδειχθήσῃ γάρ, φησίν, ὡς ἐπὶ πίνακι βασιλικῷ, ὑπὸ τῆς τεκούσης σε ἀχράντου μητρὸς ἐν τῷ ναῷ, ἐν τῇ τῆς σαρκώσεώς σου εὐπρεπείᾳ. Ταῦτα δὲ ἀνακεφαλαιούμενος ὁ προφήτης πρὸς τὸ σαφέστερον, ἀνακέκραγε λέγων· «Κύριος ἐν ναῷ ἀγίῳ αὐτοῦ· εὐλαβείσθω ἀπὸ προσώπου αὐτοῦ πᾶσα ἡ γῆ».

- 1989 V. Φρικτὸν γὰρ ὄντως τὸ περὶ σὲ μυστήριον, Μῆτερ Παρθένε, καὶ νοητὴ θρόνε, δεδοξασμένη καὶ Θεοῦ ἐπάξιε. Προήγαγες γὰρ θαῦμα ἐπουρανόις καὶ ἐπιγείοις ἐξαισίον. Καὶ παράδειγμα τούτων καὶ ἀβραάμης ἔλεγχος· τὸ κατὰ τὸ καινὸν τῆς ὑπερφουῶς σου λοχείας ἀγγέλους ἐπὶ γῆς ἄδειν· «Δόξα ἐν ὑψίστοις Θεῷ, καὶ ἐπὶ γῆς εἰρήνη, ἐν ἀνθρώποις εὐδοκία»· τῷ τριπλασιασμῷ τῆς ὠδῆς

nimirum pristinae virginitatis praerogativa. Ascendit igitur in templum, illa templo celsior, duplicem induta gloriam; intemeratae, inquam, virginitatis, et ineffabilis fecunditatis: legis benedictionem, et gratiae sanctificationem. [...] \* *Quando autem venit plenitudo temporis, emisit Deus Filium suum, factum ex muliere, factum sub lege, ut eos qui sub lege erant redimeret; ut adoptionem filiorum reciperemus.*<sup>1</sup> Quod autem subiungitur: *Dum tempus aderit, ostenderis*; nulla utique expositione indiget, si quis solerter, ad festum quod nunc celebramus, oculos mentis intenderit. Ostenderis enim, inquit, tamquam in disco quopiam ceu ferculo regio, ab intemerata tua Matre in templo, idque in carnis abs te assumptae decore et forma. Quae summatim colligens Propheta, amplioris claritatis gratia, in haec exclamavit verba: *Dominus in templo sancto suo:*<sup>2</sup> *revereatur a facie eius omnis terra.*<sup>3</sup>

- 1989 V. Tremendum enim revera, o Mater Virgo, sedes spiritalis, glorificata Deoque digna, tuum illud sacramentum. Produxisti enim coelestibus terrestribusque, exsuperantia stupendum miraculum: cuius rei indicium est firmumque argumentum, quod in terra, ad novum illum augusti tui puerperii modum, angeli concinunt: *Gloria in altissimis Deo; et in terra pax, hominibus bona voluntas:*<sup>4</sup> triplici

<sup>1</sup> Galat. IV, 4-5.

<sup>2</sup> Ps. X, 5.

<sup>3</sup> Ps. XCV, 9.

<sup>4</sup> Lc. II, 14.

τὸν τριπλασιασμὸν τῆς ἀγιότητος εἰσαγαγόντες. Μακαρία σὺ ἐν γενεαῖς γυναικῶν, θεομακάριστε· ὅτι διὰ σοῦ ἐπληρώθη ἡ γῆ τῆς θείας δόξης τοῦ Θεοῦ, ὡς καὶ ἐν Ψαλμοῖς ἄδεται· « Εὐλογητὸς Κύριος ὁ Θεὸς Ἰσραὴλ, καὶ πληρωθήσεται τῆς δόξης αὐτοῦ πᾶσα ἡ γῆ· γένοιτο, γένοιτο ». « Καὶ ἐπήρθη, φησί, τὸ ὑπέρθυρον ἀπὸ τῆς φωνῆς ἧς ἐκέκραγον »· ὁ σημαίνει τοῦ ναοῦ τὸ καταπέτασμα, τὸ συσκιάζον κατὰ πρόσωπον τῆς προτυπώσεως σε κιβωτοῦ Διαθήκης, ἵνα μοι φανερωθῆ ἄλληθές, καὶ διὰ τῶν προηγησαμένων τύπων τε καὶ ὑποδειγμάτων παιδαγωγηθῶ αἰδοῦ καὶ τρόμφ τιμᾶν καὶ προσκυνεῖν τὸ περισῆ μυστήριον, χαλιναγωγηθῶ τε αὖ διὰ τῆς νομικῆς σκιαγραφίας τῆς τολμηρᾶς καὶ ἀναιδοῦς ἀσκαρδαμύκτου ἀντοφθαλμῆσαι ἀντωπίας \* τὸν τὰ πάντα ἐν ἀκαταληψία ὑπεριδρυμένον. Εἰ γὰρ τῇ εἰκόνι τῆς σῆς ἀγιότητος τοσαύτη πρὸς τοῦ Θεοῦ ἀπενεμήθη τιμή, ὡς μηδενὶ βάσιμον ἢ πρόχειρον εἰς κατανόησιν εἶναι τὴν ταύτης εἴσοδον ἢ μόνη τῇ ἱερατικῇ εὐκοσμία, τοῦ καταπετάσματος διορίζοντος καὶ πυλωροῦντος ὡς βασιλίδι τὰ προπύλαια· τί ἄρα καὶ ποταπὸν τὸ παρ' ἡμῶν τῶν ἐλαχίστων ἐποφειλόμενόν σοι σέβας, τῇ ὄντως βασιλίδι, τῇ ὄντως ἐμφύχῳ κιβωτῷ τοῦ νομοδότου Θεοῦ, τῇ ὄντως χωρητῷ οὐρανῷ τοῦ ἀχωρήτου Θεοῦ γενομένη; Σοῦ γὰρ τῆς παναγίας ὡς φωταυγοῦς ἡμέρας ἐπιφανείσης τῷ κόσμῳ, καὶ τὸν τῆς δικαιοσύνης ἥλιον προαγαγού-

\*360

\*359

nimirum cantico, trinam inducentes sanctitatem: Beata tu in mulierum generationibus, a Deo beatissima: nam per te impleta est terra divina illa Dei gloria, sicut etiam canitur in Psalmis:<sup>1</sup> *Benedictus Dominus Deus Israël: et replebitur maiestate eius omnis terra: fiat, fiat. Et elevatum est, inquit propheta,<sup>2</sup> superliminare a voce qua clamabant: quo significatur, templi velum inumbrans coram arca testamenti, quae te praesignabat; ut mihi veritas panderetur, simulque docerer per typos et figuras quae praecessissent, ut cum reverentia et tremore, ad sacramentum quod in te exhibetur adorandum, accederem: atque legali hac priore delineatione, ab eo qui incomprehensibilis \* super omnia locatus est, audentius impudentiusque fixa oculorum acie contemplando, refrenarer. Si enim arcae, tuae illius sanctitatis imagini typoque, tantus a Deo honor habitus est, ut nemini, nisi tantum ordini sacerdotali, ad eam pateret accessus, autve facilis esset ad cognitionem ingressus: distinguente velo ac ceu reginae, ad ianuam vestibula servante: quis tandem qualisve venerationis cultus a nobis minimis, tibi vere Reginae fuerit exhibendus? Vere, inquam, Dei legislatoris animatae arcae: coelo vere Dei capaci, qui nusquam capi potest. Te enim, sanctissima Virgo, tamquam die clarissima mundo affulgente, solemque illum iustitiae*

<sup>1</sup> Ps. LXXI, 18-19.

<sup>2</sup> Isa. VI, 4.

σης, ἐκποδῶν μὲν γέγονε τὰ τοῦ σκότους στυγηρά, φροῦδος δὲ καὶ ὁ τύραννος κατέστη· καὶ διόλωλε μὲν θάνατος, κατεπόθη δὲ καὶ ὁ ἄδης, καὶ πᾶσα ἡ ἔχθρα κατελύθη πρὸ προσώπου τῆς εἰρήνης· νόσοι δὲ φθοροποιοὶ ἄπωθεν ἔστησαν τῆς σωτηρίας προκυψάσης, καὶ φωτὸς ἀνάπλευς γέγονεν ἡ ὑπ' οὐρανὸν τῆς ἀκραιφνοῦς ἀληθείας. Ἄτινα προοιμιάζων ἐν τοῖς Ἄσμασιν ἔλεγεν ὁ Σαλομών· « Ἀδελφιδός μου ἐμοί, κἀγὼ αὐτῶ· ὁ ποιμαίνων ἐν τοῖς κρίνοις ἕως οὗ ἡ ἡμέρα διαπνεύση, καὶ κινήθῳσιν αἱ σκιαί ». Ἐπεὶ οὖν « Ὡφθη ὁ Θεὸς τῶν θεῶν ἐν Σιών », καὶ « Ἡ εὐπρέπεια τῆς ὠραιότητος αὐτοῦ ἐν Ἱερουσαλήμ ἐξεφάνθη, καὶ φῶς ἀνέτειλε τῷ δικαίῳ, καὶ τοῖς εὐθέσι τῇ καρδίᾳ εὐφροσύνη », κατὰ τὸν μακάριον Δαυτῖδ, ὁ τῶν τελομένων τελειωτῆς καὶ Δεσπότης τὸν τοῦ νόμου διδασκτικὸν καὶ λειτουργικὸν συνεκάλεσεν εἰς λειτουργίαν καὶ μαρτυρίαν διὰ τοῦ Πνεύματος τοῦ ἁγίου τῶν πραττομένων.

1990

VII. Χορεύοντος δὲ οὕτω τοῦ πρεσβύτου, καὶ γανυμένου τῇ θείᾳ εὐφρασίᾳ, τὰ κεχρηματισμένα τυπικῶς τῷ προφήτῃ Ἡσαΐα, περιφανῶς ἡ ἱερά Θεομήτωρ ἐξετέλει. Καὶ δὴ λαβομένη τὸν ἐκ τοῦ ἀχράντου καὶ παναμώμου αὐτῆς θυσιαστηρίου σαρκωθέντα, ζωοποιὸν καὶ ἀνέκφραστον ἄνθρωπα, ὡς λαβίδι τῇ συζεύξει τῶν ἁγίων αὐτῆς χειρῶν, τῷ δικαίῳ προέτεινε, τοιαῦτα,

PG  
18, 364

producente, odiosus tenebrarum horror depulsus est: tyranni potentia facta irrita; mors destructa; infernus absorptus; inimicitia omnis ante pacis conspectum dissoluta; morbi noxii, sanctitatis beneficio erumpente, procul omnes facessere iussi; universusque terrarum orbis, veritatis clarissimae purissimaeque luce perfusus est. Ad quae Salomon in Canticis alludens, ita orditur: *Dilectus meus mihi, et ego illi, qui pascit in liliis donec respiret dies, et dimoveantur umbrae.*<sup>1</sup> Quia ergo: *Visus est Deus deorum in Sion,*<sup>2</sup> *et magnificentia decoris eius in Ierusalem apparuit:*<sup>3</sup> *Luxque est orta iusto, et rectis corde laetitia,*<sup>4</sup> iuxta beatum Davidem: sanctificandorum Sanctificator ille et Dominus legis doctorem atque ministrum, in partem muneris et testimonium illorum quae agebantur, per Spiritum sanctum convocavit.

1990

VII. Sic vero saliente sene, divinoque gaudio impensius exultante; quod antea per figuram propheta Isaias fuerat vaticinatus,<sup>5</sup> sacra Dei Mater perspicue re ipsa fecit. Accipiens enim, ex puro immaculatoque altari suo, carbonem illum vivificum et ineffabilem, carne indutum, sanctarum suarum manuum complexu, tamquam

PG  
18, 363<sup>1</sup> Cant. II, 16-17.<sup>2</sup> Ps. LXXXIII, 8.<sup>3</sup> Ps. XCV, 6.<sup>4</sup> Ps. XCVI, 11.<sup>5</sup> Isa. VI, 6.

ἐμοὶ δοκεῖ, λέγουσά τε ἅμα καὶ παρακελεύουσα· Ἀπόλαβε, πρεσβύτα τίμιε, καὶ ἱερέων ἄριστε, ἀπόλαβε τὸν Κύριον, καὶ ἀπόλαυε τῆς οὐ χηρευσάσης σου ἐλπίδος. Ὑπόδεξαι θησαυρὸν ἀνέκλειπον, καὶ πλοῦτον ἀναφαίρετον, μεγαλοφύεστατε. Ἐναγκάλισαι κράτος ἀνεκδιήγητον, καὶ δύναμιν ἀνεξερεύνητον ἐρείδουσάν σε, σοφώτατε. Περίλαβε μέγεθος ἀπεριόριστον, καὶ ἰσχὺν ἀνείκαστον, ἱεροκόρε. Περιπλάκηθι τῇ αὐτῇ αὐτοζωῇ, καὶ ζῆθι, αἰδεσιμώτατε. Περίπτυξαι τὴν ἀφθαρσίαν, καὶ ἀνακαινοποιήθητι, δικαιοτάτε. Οὐ τολμηρὸν τὸ ἐγγεῖρημα· μὴ ὄκλαζε, ὀσιώτατε. Ἐμφορήθητι τοῦ ποθουμένου, καὶ κατατρύφησον τοῦ ἐπιδιδόμενου, μᾶλλον δὲ ἑαυτὸν ἐπιδιδόντος, ἱεροπρεπέστατε. Ἐναγκαλίσθητι τῷ διὰ τοῦ ἀκηλιδώτου ἐσώπτρου τῆς σαρκὸς περιστίλθοντι Ἡλίῳ τῆς δικαιοσύνης, εὐλαθέστατε. Μὴ δειλία τὴν γαληνότητα, μηδὲ καταπλαγῆς τὴν ἡμερότητα, μακαριώτατε. Μὴ πτήξης τὸ εὐμενές, μηδὲ πτοηθῆς τὸ προσηγές, ἐπεικέστατε. Εὐθύμως προσκολλήθητι, καὶ μὴ ἀναβάλλου πρὸς τὸ εὐήκοον. Οὐ θρασύτητος τὸ λαλούμενον, οὐδὲ τὸ προτεινόμενον· μὴ ἀφηγίαζε, ἀστικώτατε. Οὐ καταφλέγει τὸ πῦρ τῆς τοῦ Κυρίου μου χάριτος, ἀλλὰ φωτίζει, δικαιοτάτε. Βάτος σε πεισώτω, ἢ τὸν τύπον μου περιστησαμένη πρὸς ὑπόστασιν τοῦ ἀνυποστάτου πυρός, νομομαθέστατε. Δρο-

forceipe, iusto illi porrexit: ut mihi quidem videtur, eiusmodi sermonibus affata pariter et hortata: Sume, senex honorate, sacerdotumque optime, sume Dominum; tuaque illa non vidua spe et desolata, fruire. Suscipe thesaurum indefectibilem, divitiasque inauferebiles, vir generosissime. Amplexare potentiam inenarrabilem vimque incomprehensibilem, quae te fulciat, vir sapientissime. Circumplectere infinitam magnitudinem, fortitudinemque incomparabilem, sacrorum aeditue. Circumplicare ipsi per se vitae, et vive, vir venerabilissime. Arctius incorruptionem constringe, et renovare, vir iustissime. Nihil audax facinus; ne defeceris animo, vir sanctissime. Satiare illo quem desideraveras, planeque delectare tibi dato, seu magis, dante se tibi, vir divinissime. Laetius illustrare Sole iustitiae, de mundissimo carnis speculo circumfulgente, vir religiosissime. Ne tibi tranquillum timorem incutiat, neve mansuetudo perterreat, vir beatissime. Ne inhorreas lenitatem, neve clementia terrearis, vir modestissime. Alacris adglutinare, nec moreris obsequi. Non habet audaciam quod dicitur quodve porrigitur: ne ergo relucteris, vir urbanissime. Non comburit ignis gratiae Domini mei, sed illuminat, vir iustissime. Rubus ille,<sup>1</sup> mei figuram, ad ignis illius apparentis veritatem repraesentans, doceat te, vir legis peritissime. Caminus ille<sup>2</sup> velut ventus roris susurrans, \* oeconomiae tibi sa-

\*366

<sup>1</sup> Exod. III, 2.<sup>2</sup> Dan. III, 50.

σοσυρίζουσα κάμινος πειθέτω σε, παιδοτρίβα, τοῦ μυστηρίου τὴν οἰκονομίαν. Πρὸς ἐπὶ τούτοις ἡ ἐμὴ \* γαστήρ σε διδάξατω, ἐν ἧ ἐχωρήθη ὁ ἀχώρητος, ἐξ ἧς καὶ ἐσαρκώθη ὁ ἄσαρκος Λόγος.

\*365

1991

IX. Ἔστωσαν δέ μοι, φησί, τὰ θεῖα εὐχαριστήρια πρὸς τὸ παρὸν ἄχρι τῶν βραχυτάτων τούτων. Τί δὲ \* πρὸς σὲ φθέγξομαι, ὦ Μῆτερ Παρθένε, καὶ Παρθένε Μῆτερ; ἦς γὰρ τὸ ἔργον οὐκ ἀνθρώπινον, ταύτης καὶ ὁ ἔπαινος ὑπὲρ ἀνθρώπων. Διὸ τῆς ἀπορίας τὸ σκυθρωπὸν ἐκ τῶν τοῦ Πνεύματος περὶ σὲ καταλαμπρυνῶ γερῶν, καὶ τὰ σά σοι προσκομίζων, ἐκ λειμώνων ἀθανάτων τὴν ἱεράν σου καὶ θεοστεφῆ ἀνυμνήσω κάραν. Πατρικοῖς σε ὕμνοις προσφθέγξομαι, θύγατερ Δαβίδ, καὶ μήτηρ τοῦ Κυρίου καὶ Θεοῦ Δαβίδ. Αἰσχρὸν γὰρ ἅμα καὶ ἀνεύφημον ἄλλοτρίοις κόσμοις κοσμησαὶ τὴν τῇ οἰκείᾳ δόξῃ διαφέρουσαν. Δέχου τοίνυν, εὐμενεστάτη, δῶρα τίμια, καὶ σοὶ μόνῃ ἀρμόδια, ὦ πασῶν γενεῶν ὑψηλοτέρα, καὶ πάντων ὄρατῶν τε καὶ ἀοράτων δημιουργημάτων τιμιωτέρα φανεῖσα. Μακαρία ἡ ῥίζα τοῦ Ἰησοῦ, καὶ τρισμακάριστος ὁ οἶκος Δαβίδ, ἐν ᾧ ἐβλάστησας. « Ὁ Θεὸς ἐν μέσῳ σου, καὶ οὐ σαλευθήσῃ ἡγίασε γὰρ τὸ σκήνωμα αὐτοῦ ὁ Ὑψιστος ». Ἐν σοὶ γὰρ διαθῆμαι καὶ ὀρκωμοσίαι Θεοῦ πρὸς τοὺς πατέρας ἡμῶν, τέλος εὐκλεέστατον ἐδέξαντο· ὅτι διὰ σοῦ γέγονε Κύριος, ὁ Θεὸς τῶν δυνάμεων μεθ' ἡμῶν. Τὸν σὸν προδιαγρά-

PG  
18, 368  
\*369

cramentum persuadeat, magister optime. Meus denique uterus tibi documento sit, in quo fuit contentus, qui nusquam alioqui potest contineri: ex quo etiam Sermo ille carnis experts, assumpsit carnem.

1991

IX. Sint porro haec, inquit, celebrandis divinis muneribus, brevissime hactenus commemorata. Ad \* te vero quid dicam, o Mater Virgo, et Virgo Mater? Cuius enim opus non humanum est, eius et laudatio excedit hominem. Quamobrem paupertatis hic meae obscuritatem, tuis a Spiritu honoribus donisque illustrabo: tuaque tibi offerens e pratis immortalibus, tuum sacrum et a Deo coronatum caput dilaudabo. Patriis te canticis, Filia David, Materque Domini et Dei David, salutabo. Turpe enim fuerit, adeoque inauspicatum, ut alienis orneris, quae propria gloria praecellat. Accipe igitur, benignissima, dona pretiosa, tibi que uni convenientia, o cunctis celsior generationibus, quaeque inter creata omnia, tum visibilia, tum invisibilia, multis numeris honorabilior enituiti. Felix radix, Iesse, et ter beata domus David in qua germinasti. *Deus in medio tui, et non commoveberis: sanctificavit enim te, tabernaculum suum, Altissimus:*<sup>1</sup> in te enim Dei ad patres testamenta iuramentaque finem gloriosissimum acceperunt; quia per te Dominus factus est, Deus virtutum nobiscum. Rubus ille intactus<sup>2</sup> divina quadam ma-

PG  
18, 367  
\*370<sup>1</sup> Ps. XLV, 6, 5.<sup>2</sup> Exod. III, 2.



φουσα θεοπρεπῆ χαρακτῆρα, Θεὸν ἔφερον ἀφλέκτως ἢ ἄψαυτος βάτος, ἐμφανιζόμενον τῷ προφήτῃ ὡς ὄραθῆναι ἠὺδόκησε. Στερέμνιος δ' αὖ καὶ πέτρα ἀκρότομος τὴν παγκόσμιον ἐκ σοῦ πηγάσασαν χάριν καὶ ἀνάψυξιν προεξεκονίζουσα, παραμύθιον ἱαμα ἐκλείποντι λαῶ ἐκ λαγόνων ξηρῶν ἐν ἐρήμῳ δαψιλῶς προήγαγεν. Οὐ μὴν δὲ ἀλλὰ καὶ τοῦ ἱερέως ἢ ῥάβδος, οὐκ ἀδόκιμον σύσσημον παρέσχετο τῆς ὑπερφυοῦς σου λοχείας, ἀγεώργητον καρπὸν ἐξανθήσασα, ἱερατείας ἐνδεδεχοῦς ἀρράβωνα. Τί δέ; καὶ ὁ μέγας Μωϋσῆς οὐ κοιμίδῃ παρέστησε, διὰ τοὺς περὶ σὲ δυσκαταλήπτους τύπους ἐγγρονίσαι τῷ ὄρει ἔγνω τὰ περὶ τῆς ἀγνῆς ἐκδιδάσκεισθαι μυστήρια; Πῆξαι γὰρ κατὰ σύμβολον καὶ πρὸς ἀφομοίωσιν κιβωτὸν καὶ ταύτην προσταχθεῖς, οὐ παρέργως ἐχρήσατο τοῖς προστεταγμένοις, εἰ καὶ τραγωδοῦμενα συμβέβηκεν ἐπὶ τῇ καταβάσει, ἀλλ' εἰς πέντε ἡμίση πῆχεις ταύτην συντελέσας, νομοδόχον ἀνέδειξε, τοῖς χερουβὶμ συγκαλυπτομένην ἐκφαντικώτατά σε τὴν Θεοτόκον προσημαίνουσαν, τὴν ἀφθόρως ἐγκυμονήσασαν, καὶ ἀφράστως ἀποκυήσασαν τὴν τῆς ἀφθορίας σύστασιν ἐπὶ τέλει τῶν πέντε ἡμίσεως τοῦ κόσμου κύ-

iestate plenam iam tum informans tuam figuram, Deum prophetae apparentem, iuxta quod ei conspicuus fieri voluit, incombustus ferebat. Dura autem rursus ac praerupta petra, quod ex te in universum orbem gratiae munus refrigeratioque promanavit, et ipsa quondam exprimens praefiguransque, deficienti in deserto, populo copiosum auxilium ex hiatibus siccis produxit.<sup>1</sup> Sed et sacerdotis virga,<sup>2</sup> in fructum sine cultura, spontaneumque sacerdotii perennis arrhabonem, efflorens,<sup>3</sup> nihil reprobum eximii tui partus symbolum praebuit. Quid vero? Nonne magnus ille Moyses idem luculenter declaravit, propter tui difficiles intellectu figuras, diutius in montem commoratus,<sup>4</sup> ut ignota tua sacramenta, o casta, edisceret? In rei enim huius signum, et ad exprimendam similitudinem, iussus fabricare arcam, non obiter neglectiusque mandatis obtemperavit; quamquam acciderunt tragica quaedam in descensu a monte:<sup>5</sup> sed quinque cubitorum et dimidii confectam, illam, legis susceptricem, cherubicis alis cooperuit: te Deiparam apertissime praesignantem, quae sine corruptione eum concepisti, inenarrabilique ratione peperisti, qui ipse incorruptionis velut concretio est et consistentia; idque in fine quinque et dimidii \*circulorum mundi. Propter te,

\*371

<sup>1</sup> Exod. XVII, 6.<sup>2</sup> Num. XVII, 8.<sup>3</sup> Hebr. IX, 4.<sup>4</sup> Exod. XXIIV, 18.<sup>5</sup> Exod. XXXII, 1.

κλων. Διὰ σέ, καί τήν ἐκ σοῦ ἄχραντον τοῦ Θεοῦ Λόγου σάρκωσιν, τήν εἰς αἰεὶ ἀτρέπτως τε καὶ ἀμερίστως ἐν αὐτῷ διαμένουσιν, καὶ ἡ χρυσῆ στάμνος, \* ὡς τύπος ἀψευδέστατος, τὸ πρὸς ἡμέραν τρεπόμενον καὶ ἀλλοιούμενον \*372 μάννα, ἀτρέπτον καὶ διακονίζον ἐνδον αὐτῆς διεφύλαττε. Τῆς σῆς ἀγνείας καὶ ὁ προφήτης Ἡλίας προθεωρὸς καὶ ζηλωτῆς ὑπάρχων διὰ τοῦ Πνεύματος, πυρφόρου πολιτείας ἀνεδήσατο στέφανον, κρείττων θανάτου ἀναδειχθεὶς θεῖα ψήφῳ ἄχρι τῆς δεῦρο. Σὲ καὶ ὁ τούτου διάδοχος Ἐλισσαῖος παρὰ σοφοῦ διδασκάλου μυηθεὶς, καὶ ὡς παροῦσαν τὴν μήπω οὔσαν προδιατυπῶν, ὑπερφυῶς τοῖς τεκμηρίοις τῶν ἀληθινῶν τὰς ἐπικουρίας ἐποιεῖτο τῶν δεομένων· πῆ μὲν δι' ὑδρίας καινῆς, καὶ τοὺς νοστήμιους ἐχούσης ἄλας, τὰ φθοροποιὰ ὕδατα ἰώμενος, εἰς ἔνδειξιν τοῦ ἀνασφύλλοντος κόσμου διὰ τοῦ ἐπὶ σοὶ μυστηρίου· πῆ δὲ ἀλεύρω ἀζύμῳ, λοχείας ἀσπόρου ἀντιτύπῳ, θανάτου πικρίαν ἀναστέλλων ἀπὸ τῶν ἐδωδίων· ἄλλοτε δὲ τοῖς ὑπερφυέσι τὰ κατὰ φύσιν ὑπερονικῶν ἐν τῷ Ἰορδάνῃ, καὶ διὰ τούτων τὴν κατάδυσιν τοῦ Κυρίου ἡμῶν

ac intemeratam Dei Verbi ex te assumptam carnem, immutabiliter indiviseque in ipso in perpetuum permanentem; urna illa aurea,<sup>1</sup> tamquam certissimus typus, manna, quod alioqui per diem invertebatur, in se ipsa, minime mutatum, sed totis saeculis permanens, conservabat. Tuae etiam castitatis praescius atque imitator in spiritu Elias propheta,<sup>2</sup> vitae illius igniferae sibi redimivit coronam,<sup>3</sup> hactenus divino suffragio declaratus morte superior. Te nihilominus eius successor Elisaeus,<sup>4</sup> initiante docenteque sapiente magistro, ceu praesens adesses, quae necdum eras, praefigurans; certis rerum quae vere essent futurae indicibus signis, auxilium medicinamque indigentibus, maiori supra naturam virtute, adhibebat: nunc quidem per novam hydriam,<sup>5</sup> salque salutare in se continentem, aquas exitiales sanans: ad ostendendum, esse recreandum mundum, per sacramentum in te exhibitum: modo autem, farina azyma,<sup>6</sup> partus tui satu immunis typo respondente, mortis acerbiteriam a cibis profligans: nonnumquam denique rebus supra naturam, quae naturae consentanea essent in Iordane eximie superans;<sup>7</sup> eoque Domini in infernum descensum, mirabilemque et inopinatam eorum qui in corruptione detinerentur liberationem praesignans. Nam cesserunt

<sup>1</sup> Hebr. IX, 4.

<sup>2</sup> IV Reg. II, 11.

<sup>3</sup> Eccli. XLVIII, 1.

<sup>4</sup> IV Reg. II, 15.

<sup>5</sup> IV Reg. II, 20.

<sup>6</sup> IV Reg. IV, 41.

<sup>7</sup> IV Reg. V, 14.

εις ἄδην, καὶ παράδοξον ἀνάβρυσιν τῶν ἐν φθορᾷ κατεχομένων προΐστορῶν. Πάντα γὰρ εἶκόν τε καὶ ὑπέκυπτον τῇ σῇ θείᾳ εἰκόνι ἐκνικώμενα.

X. Καὶ τί ἔτι περιπλέκων μηκύνω τὸν λόγον, τοῖς ποικίλοις προγράμμοις ἐπαφήσας τοῦ λόγου τὰς ἡνίας, καὶ μάλιστα πρὸ ὀφθαλμῶν ἐστηλωμένης τῆς ἐπὶ σοὶ ἀτρεκείας, ἧ καὶ κατατρυφῆσαι ἄμεινον καὶ ἐπικερδέστερον; Τοιγαροῦν, χαίρειν φράσας τοῖς τῶν ἁγίων κατὰ πᾶσαν γενεὰν πνευματικοῖς διηγήμασι καὶ τερατουργήμασιν, ἐπὶ σὲ μετάγω τοὺς τῆς εὐωχίας οἴακας, παντομνημόνευτε. Εὐλογημένη σύ, παντευλόγητε καὶ πᾶσι ποθητέ. Ἐπ' εὐλογίαις Κυρίου τὸ θεοχαριτώτατόν σου ὄνομα, Θεογεννήτωρ καὶ δαδούχε τῶν πιστῶν. Ἡ περιγραφή, ἔν' οὕτως εἶπω, τοῦ ἀπεριγράπτου· ἡ ῥίζα τοῦ ὠραιότατου ἄνθους· ἡ Μητήρ τοῦ πλάσαντος· ἡ τιτθὴ τοῦ τρέφοντος· ἡ περιοχὴ τοῦ περιέχοντος· ἡ φέρουσα «τὸν φέροντα» ῥήματι «τὰ πάντα»· ἡ πύλη τῆς ἐν σαρκὶ ἀνατολῆς τοῦ Θεοῦ· ἡ λαβὴς τοῦ καθαρτικοῦ ἄνθρακος· ὁ βραχὺς κόλπος τοῦ πάντων κόλπου· ὁ πόκος τῆς ἀκαταλήπτου δρόσου· ὁ τῆς ἐπιθυμίας Δαβὶδ ζωοδόχος λάκκος τῆς Βηθλεέμ, ἀφ' οὗ πόμα ἀθανασίας ἐξέ-

omnia, tuaeque illi divinae imagini exprimendae imparia succubuerunt.

X. Quid vero adhuc sermonis habenas variis illis informationibus laxans involvensque et implicans, orationem in longum protraho; ac vel maxime, cum instar columnae palam oculis obiecta, in te veritas pateat, in qua velut eluxuriari delectarique praestiterit ac commodius fuerit? Quare sanctorum omnium per omnes generationes, spiritalibus narrationibus factisque prodigiosis valere iussis, ad te festi huius convivii velut clavum, o florenti semper habenda memoria, dirigo. Benedicta tu, prorsus benedicta omnibusque desiderabilis. In benedictionibus Domini nomen tuum, divina gratia plenissimum ac summe Deo gratiosum, Dei Mater, quaeque tuo ipsa splendore fidelibus lumen praeferas. Tu circumscriptio, ut ita dicam, eius qui est incircumscripibilis: radix floris speciosissimi: <sup>1</sup> Mater plasmatoris: altoris nutrix: eius complexio, qui omnia complecti habet: portans eum, *qui verbo portat omnia*: <sup>2</sup> porta, per quam Deus in carne oritur; <sup>3</sup> forceps carbonis illius purgarii, <sup>4</sup> sinus exiguus immensi omnium sinus, vellus roris illius incomprehensibilis, <sup>5</sup> lacus ille Bethlehem \* desiderii David <sup>6</sup> vitae susceptor, ex quo po-

\*374

<sup>1</sup> Isa. XI, 1.

<sup>2</sup> Hebr. I, 3.

<sup>3</sup> Ezech. XLIII, 1.

<sup>4</sup> Isa. VI, 6.

<sup>5</sup> Iud. VI, 37.

<sup>6</sup> II Reg. XXIII, 15.

βλυσε· τὸ ἱλαστήριον ἐξ οὗ Θεὸς ἐγνώσθη ἀνθρώποις ἀνθρωπομόρφως· τὸ ἄσπιλον ἔνδυμα « τοῦ ἀναβαλλομένου φωὸς ὡς ἱμάτιον ». Ἡ δανείσασα \* Θεῶ \* 373  
 τῷ ἀνευθεῖ σάρκα ἦν περ οὐκ εἶχε, ἵνα ἧ ὁ παντοδύναμος ἕπερ ἠὲ δόκησε. Τί  
 τούτου περιφανέστερον; Τί τούτου ὑψηλότερον; Ὁ τὸν οὐρανὸν καὶ τὴν γῆν  
 πληρῶν, οὗ τὰ σύμπαντα κτήματα, σοῦ γεγένηται ἐπιδεῆς· σὺ γὰρ ἐδάνεισας  
 Θεῶ θείαν σάρκωσιν, ἣν οὐκ εἶχε. Σὺ ἐθωράκισας τὸν δυνατὸν τὴν εὐπρεπῆ  
 τοῦ σώματος παντευχίαν, δι' ἧς αὐτὸς μὲν ὀφθῆναι χωρητὸς ἐμοὶ δεδύνηται,  
 ἐγὼ δὲ εὐπροσίτως ἀντωπῆσαι αὐτῷ ἐνίσχυσας, δι' ἧς καὶ « πάντα τοῦ πονη-  
 ροῦ τὰ πετυρωμένα βέλη σβεσθήσεται ». Εὐγε, εὐγε, μήτηρ Θεοῦ καὶ δούλη.  
 Εὐγε, εὐγε, ἡ ὑπόχρεων ἔχουσα τὸν πάντων δανειστήν. Πάντες μὲν Θεῶ  
 ἐποφείλομεν, σοὶ δὲ ἐποφείλεται. Ὁ γὰρ εἰπὼν· « Τίμα τὸν πατέρα σου καὶ  
 τὴν μητέρα », πολλῶ μᾶλλον αὐτὸς ἐν τούτοις ἐξετάζεσθαι ἐλόμενος, φυλά-  
 ξει τὴν χάριν καὶ τὸ ἴδιον δόγμα τῇ διακονησαμένῃ τὴν αὐθαίρετον γέννη-  
 σιν, καὶ δοξάσειε θεοπρεπῶς, ἣν ἐπεγράψατο ἀπάτωρ ὡς ἀνανδρον Μητέρα.  
 Ἔσται τοίνυν ταῦτα οὕτως, ἔσται. Οὐ γὰρ κομψοεπείας ἀκάρπου οἱ προ-

culum immortalitatis scaturivit: propitiatorium,<sup>1</sup> ex quo Deus, forma humana, generi humano innotuit: vestis sine macula, eius qui induit lumen sicut vestimentum.<sup>2</sup> Tu nullius indigenti Deo, carnem quam non habebat, fenerata es, qua tandem omnipotens ille, quod decreverat fieri, homo esset. Quid hoc splendidius? Quid hoc sublimius? Qui coelum et terram implet,<sup>3</sup> cuius ditionis sunt res omnes, tui indigus efficitur: quippe Deo fenerata es carnem, quam non habebat. Tu potentem illum decora corporis armatura induisti, qua et is mihi redditus est oculis aspectabilis; ipseque ut libere intuiturus possim accedere, accepi, qua etiam *omnia mali illius ignita tela exstingui habent*.<sup>4</sup> Euge, euge, Dei Mater ancillaque. Euge, euge, cui ille omnium creditor, debitor sit. Deo debemus omnes: tibi ipse obstrictus est. Nam qui dixit: *Honora patrem tuum et matrem*,<sup>5</sup> longe potius, talibus ipse accenseri volens, gratiam propriamque ipse legem, in eam servaverit, quae ultro assumptam ipsi natiuitatem ministravit; quamque, sine patre, velut sine viro, Matrem inscripsit confirmavitque; divino quodam decore, et supra hominem glorificaverit. Ita vero haec habebunt, habebunt ita. Neque enim quae offerimus cantica, inutilem tantum verborum ornatum, o sacratissimum admirabilissimumque Dei habitaculum, habent:

<sup>1</sup> Exod. XXXV, 12.

<sup>2</sup> Ps. CIII, 2.

<sup>3</sup> Ier. XXIII, 24.

<sup>4</sup> Eph. VI, 16.

<sup>5</sup> Exod. XX, 12.

σαχθέντες σοι παρ' ἡμῶν ὕμνοι, παναγιώτατον καὶ ἀξιάγαστον τοῦ Θεοῦ ἐνδιαίτημα· οὐδ' αὖ κοσμικῆς λογολεσχίας καὶ ψευδαρεσκείας λαρυγγίσματα ὁ πνευματικὸς σου ὕμνος, Θεοῦπαίνετε, καὶ Θεὸν ἔχουσα ὑπομάζιον, τὸν τοῖς βροτοῖς ἀρχὴν τοῦ εἶναι διὰ γεννήσεως παρέχοντα, ἀλλ' ἐναργοῦς ἀληθείας. Ἐπιλείψει γὰρ ἡμῖν ὁ χρόνος καὶ ταῖς μετέπειτα γενεαῖς, τὸν κατ' ἀξίαν σοι ἀποδοῦναι μακαρισμὸν τῇ Μητρὶ τοῦ « Βασιλέως τῶν αἰώνων », ὡς που φησὶν ὁ ἀοίδιμος προφήτης, τὰ τῆς σῆς ἀκαταληψίας ἡμᾶς ἐκπαιδεύων· « Ὡς μέγας ὁ οἶκος τοῦ Θεοῦ, καὶ εὐμήκης ὁ τόπος τῆς κτήσεως αὐτοῦ. Μέγας, καὶ οὐκ ἔχει τελευτὴν· ὑψηλὸς καὶ ἀμέτρητος ». Ὅντως γάρ, ὄντως προφητικὸς χρησμὸς καὶ ἀψευδὴς λόγος οὗτος τῆς περὶ σὲ μεγαλειότητος· διότι καὶ μόνη συμμερίσασθαι Θεῷ τὰ τοῦ Θεοῦ κατηξίωσαι, Θεὸν γεννήσασα σαρκὶ μόνη, τὸν ἐκ Θεοῦ Πατρὸς μονογενῶς καὶ συναϊδίως γεννηθέντα. Φιλαλήθως οἶδε λόγοι πίστεως ἀκραιφνοῦς ἀντεχομένων.

PG  
18, 380

XIII. [...] Χαίροις, καὶ εὐφραίνου, Ἱερουσαλήμ· ὅτι « ἐβασίλευσε Κύριος ἐν μέσῳ σου ». Οὗτος Κύριος ὁ γυμνῆ καὶ ἀύλῳ τῇ θεότητι ἐπιβάς τῇ ἡμετέρῳ φύσει, καὶ ἐκ τῆς παρθενικῆς νηδύος ἀφράστως σαρκωθεὶς· οὗτος Κύριος ὁ

1992

neque rursus, saecularem quamdam nugacitatem, falsaque assentationis velut crocitantia, spiritalis tua habet laudatio, o Deo laudata, quaeque Deum ipsa lactentem habeas; eum, inquam, qui primum esse mortalibus nativitate tribuit; sed veritatem quamdam prorsus perspicuam. Deficiet enim nos tempus futurasque postmodum generationes, si te Matrem *Regis saeculorum*<sup>1</sup> dignis elogiis voluerimus beatam praedicare; ut quodam loco, erudiens quam sis incomprehensibilis, inclitus propheta ait: *Quam magna domus Dei, et ingens locus possessionis eius! Magnus, et non habet finem; sublimis atque immensus.*<sup>2</sup> Plane enim, plane propheticum oraculum, verissimusque hic sermo de magnificentia illa tua et maiestate procedit: nam et sola, eorum quae sunt Dei, partem cum Deo habere meruisti; quae sola Deum ex Deo Patre unigene ac sempiternae genitum, carne genueris. Ita veraciter sentiunt, qui sinceram fidem amplectuntur.

PG  
18, 379

XIII. [...] Salve et laetare, Ierusalem; quoniam *regnavit Dominus in medio tui.*<sup>3</sup> Dominus, inquam, ille, qui nuda atque immateriali Deitate nostram naturam ingressus est, deque virginali utero ineffabili ratione carnem induit; Dominus ille qui nullius praeterea,

1992

<sup>1</sup> I Tim. I, 17.<sup>2</sup> Baruch III, 24-25.<sup>3</sup> Isa. XII, 6.

μηδενός ἑτέρου ἐν μεθέξει γινόμενος πλὴν τοῦ φυράματος Ἀδάμ, τοῦ ὑπὸ τοῦ ὄφραως σκελισθέντος.

\* XIV. Χαίροις εἰς αἰεί, ἡ ἄληκτος ἡμῶν χαρά· ἐπὶ σέ γὰρ πάλιν ἀνατρέ- \*381  
χομαι. Σὺ τῆς ἑορτῆς ἡμῶν ἀρχή· σὺ μεσότης· σὺ τέλειος· ὁ πολύτιμος μαρ-  
γαρίτης τῆς βασιλείας· τὸ ὄντως οὐθαρ πάσης ἀγιστείας· τὸ ἔμψυχον θυ-  
σιαστήριον τοῦ ἄρτου τῆς ζωῆς. Χαίροις, ἀγάπης Θεοῦ θησαυρέ· χαίροις,  
φιλανθρωπίας Υἱοῦ πηγῆ· χαίροις, Πνεύματος ἁγίου «κατάσκιον ὄρος». Ἡ-  
στραψας, γλυκύδωρε γεννήτορ φωτὸς ἡλιακοῦ, πυρσοῖς ἀκαρτερήτοις ἀγάπης  
ὑπερζεούσης, τὸ πρὸ ἀρχῆς συλληφθὲν ἐν τῷ τέλει τεκοῦσα, φανερώσασα τὸ  
κρυπτόν μυστήριον καὶ ἀλάλητον, τὸν ἀοράτου Πατρὸς Υἱόν, εἰρήνης βρα-  
θευτήν, πάσης γινόμενον ἥττονα βραχύτητος παραδόξως. Διὰ τοῦτο ἐκλι-  
παροῦμέν σε τὴν ἀμείνω πάντων, καὶ μητρῶαίς ἐπαυχοῦσαν τιμαῖς καὶ παρ-  
ῤῥησίαις, μνήμην ἀδιάλειπτον ἡμῶν ποιοῦ, παναγία Θεοτόκε, καὶ εἰς σέ κα-  
τακαλλυνομένων, καὶ ὕμνοις θεοπρεπέσι γεραιρόντων σου τὴν αἰείζωον καὶ  
ἀνεξάλειπτον μνήμην.

quam Adae illius supplantati a serpente, conspersionis participium  
iniit.

\* XIV. Salve in aeternum, indesinens nostra laetitia [Dei Geni- \*382  
trix Virgo]: ad te enim rursus accurro. Tu nobis festae lucis initium;  
tu medium, tu finis: pretiosissima regni margarita; vere totius victi-  
mae adeps; animatum panis illius vitae altare. Salve, dilectionis  
Dei thesaure: salve, Filii in genus humanum, propensionis illius ac  
eius humanitatis fons; salve, Spiritus sancti *mons inumbrate*.<sup>1</sup> Ful-  
gurasti, dulcidona Mater solaris luminis, importabilibus caritatis  
praeferventis ignibus, eo in fine partu edito quod ante principium  
conceptum erat: palam exhibito, quod erat absconditum et inenar-  
rabile sacramentum; invisibili illo Patris Filio, sequestro pacis,  
quippe admirabili quadam ratione, omni se parvitate minorem  
exhibuit. Propterea te deprecamur omnium praestantissimam,  
maternisque honoribus fiducia gloriantem, ut indesinentem nostri  
memoriam, Dei Mater sanctissima, habeas: nostri, inquam, qui in  
te gloriamur, augustioribusque canticis perpetuo victuram et nullis  
desituram temporibus tui memoriam celebramus.

<sup>1</sup> Hab. III, 3.